

FRANCISCUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam. *De spiritali itinere* nec non regimine Christifidelium Hungariae ritus Byzantini Normet Ipsi, Qui pergrave Successoris Petri munus exerceamus, valde solliciti, ap-
tiores etiam eis ecclesiasticas structuras instituire volumus. Auditis igitur Venerabili Fratres Nostro
Cardinale Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus ceterisque quorum interest, summa Aposto-
lica potestate Eparchiam *Haidudoroghensia*
ritus Byzantini appellandae evehimus, cum sede principe in urbe Debrecensi, propriis cum iuribus et obliga-
tionibus. Eius suffraganeae deinceps erunt Eparchiae Nyiregyhazana et Miskolcensis hoc ipso die consti-
tutae. Haec omnia reliquaque secundum normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium temperentur. Insu-
per de eodem absoluto negotio aucta documenta exarentur et ad memoratam Congregationem mittantur. Quod
autem hac Apostolica Constitutione fieri censuimus, perpetuo custodiri iubemus contrariis quibuscumque causis
haudquaquam obstantibus. Futurum certe interea esse arbitramur ut haec Nostra sententia plurimos pariat sa-
lutares fructus posteris annis in apostolatu cotidiano et totius gregis illius flore conspicuo. Datum Romae, apud
S. Petrum, die undevicesimo mensis Martii, in sollemnitate s. Iosephi, Sponsi Beatae Mariae Virginis, anno
Domini bis millesimo decimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.

Petrus Lomb. Fard.
Secretarius Status

Leonardus Card. Sardi
C. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Romiscus Mi. Felice, Prot. Ap. St.

Leonardus Saffiense, Prot. Af.

